Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Lectionarium - Cod. Aug. perg. 37

**[S.l.], [3. Drittel des 10. Jh.]**

Lesung aus dem Evangelium nach Lucas

urn:nbn:de:bsz:31-6715

Visual Library

LECT SCI EVANG SEC LUCA.

In illo tempore. Factum eſt in u
na dierum. & ihc ſedebat docenſ.
et erant phariſei ſedenteſ. & reliq.

HOMIL VEN BEDE PBRI.

Ubi dnſ ſedenſ docuerit. quan
do ſcribiſ & phariſeiſ conſeden
tibuſ paraliticum curauit. lucaſ bre
uiandi gratia preterit. ſed mathe
uſ & marcuſ qui narrant queſtionē
facere uidentur. quoniam quidem
matheuſ in ciuitate ſua. marcuſ in
capharnaum. hoc eum feciſſe teſtan
tur. Quae difficiliuſ ſolueretur. ſi ma
theuſ etiam nahareth nominaret.
Nunc uero uel ipſa galilea in qua e
rat nahareth. intellegenda eſt dic
ta ciuitaſ xpi. ad diſtinctionē ui
delicet regioniſ tranſmarinae gera
ſenorum. de qua tranſfretando ſicut
matheuſ ſcribit uenerat galileam.
Vel certe ipſa capharnaum ciuitaſ xpi
eſt dicta. quam non naſcendo. ſed
uirtutibuſ inluſtrando ſuam ipſe fe
cerat. Et ecce uiri portanteſ homi II.
nem in lecto qui erat paraliticuſ. &
querebant inferre. & ponere ante
eum. Curatio paralitici huiuſ. ani
mae poſt diuturnam inlecebrę car
nalis inertiam ad xpm ſuſpiran
tiſ ſaluationem indicat. qui be
ne marco narrante quatuor fuiſ
ſe repperiuntur. ſiue quia quatu
or euangelii libriſ. omniſ predi
cantium uirtuſ. omniſ ſermo fir
matur. ſeu quia quatuor ſunt uir
tuteſ. quibuſ ad promerendā ſoſpi
tatem. fiducia mentiſ erigitur.
De quibuſ in aeternae ſapientię lau
de dicitur. Sobrietatem enim &
ſapientiam docet. & iuſticiā & uir
tutem. quibuſ utiliuſ nihil eſt in
uita hominibuſ. quaſ non nulli uer
ſiſ nominibuſ. prudentiam. fortitu
dinem. temperantiam & iuſticiam
appellant. Et non inuenienteſ qua
parte illum inferrent pre turba.
aſcenderunt ſupra tectum per te
gulaſ. Deſiderant paraliticum
xpo offerre. ſed turba interpoſi
ta ab omni parte recluduntur.
quia ſepe anima poſt infimi tor
poriſ deſidiam ad dnm reſipiſcenſ.
ſupernae q; gratiae remedio cupi
enſ innouari. priſcae conſuetudi
niſ obſtaculo retardatur. ſepe